



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Hac hebdomade quæ diversa occurrunt ex Evangelica serie consideranda,
eò præcipuè tendunt, ut affectus humanos ratione & gratia discamus
regere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

ret, sic erat jucundus quales possunt esse sancti, quali modo sancti possunt esse jucundi, qualis potest esse jucunditas sine detrimento sanctitatis; nam si periclitetur sanctitas, pereat potius jucunditas; quæ tamen salva sanctitate non per-

ibit, cum sit ipsa jucunda sanctitas.

Vide Verbo *Gaudium*, *Moderatio*, *Pax*, *Adversitas*, *prosperitas*. Et *suprà*, die nona & undecima Januarij.

A D H Æ C V E R B A.

Vinum non habent. Joan. 2.

VERITAS PRACTICA.

Non est magis fideadum humano gradio, quam hominini mentienti.

RATIO EST, Quia propterea non est fidendum hominini mentienti, quod decipiat. Sed humanum gaudium sic decipit.

Prov. 14.

NAM primò ibi putatur esse gaudium ubi non est: Deindè putatur majus bonum quàm revera sit. Deniquè cum extrema gaudij, fluctus, angor, & peccatum occupent, satius esset non fuisse gaudium, quam talem ejus exitum; Unde aperte Ecclesiastes dixi ego in Corde meo, vadam & affluam deliciis & fruam boni. Es vid: quod hoc quoque esset vanitas. Risum reputavi errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperi. Primò quidem decipitur, cum nullo solido nitatur bono, tum gaudentem decipit, quem non potest quietum reddere, nec beatum.

Ecclesi. 2.

HAC HEBDOMADA. Quæ occurrunt ex Evangelica serie consideranda mysteria, diversa quidem sunt, & nulla inter se connexionè juncta; sed eò tamen omnia præcipuè tendunt, ut affectus humanos, ratione & Gratia discamus regere.

F E R I A S E C U N D A.

DE PRIMA CHRISTI DOMINI PRÆDICATIONE, IN CIVITATE NAZARETH HABITA, ET A CIVIBUS MALE ACCEPTA.

Repleti sunt omnes in Synagoga, Ira; hac audientes. Luc. 4.

VERITAS PRACTICA.

Si ad humanam gratiam divinam postulas, Divinam Ipsam repellis Gratiam.

RATIO EST, Quia tum divinam repellis gratiam, quando statutum pervertis finem, & ordinem quo ipsa confertur.

Sed quando ad humanam gratiam Divina postulas, statutum pervertis finem, & ordinem, quo Raynesius Pars prima.

Divina confertur gratia.

Ergo tum hanc divinam Gratiam à te repellis, Quæ cordè est frequentissimum inter homines, maximopere considerandum.

I. P U N C T U M.

QUOD narrat S. Lucas, capite quarto, de reditu Christi Domini in Civitatem suam Nazareth, & de prima ejus prædicatione illic habita, videtur ordinè

Iac. 4.

Ep. ad
Luci.

Vide Sabbato infra Hebdomadam sextam post Epiphaniam ad hæc Verba. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Item in 3. parte, Dominicam 4. post Pentecosten Et Verbo *Vanitas*. In die Assumptionis, adhæc Salomonis verba: *Pete Mater mea.* Et alibi passim, de B. Virgine, de *Temperantia* vel *Intemperantia*.

ordine temporis. ea proximè sequi quæ ante dicta sunt. Sic autem paucis res habet; Cum ingressus fuisset in Synagogam, atque ex libro Isaia, Prophetiam de se manifestam explicasset, primo admirationem sui maximam, loquendo, concitavit; Tum verd cum animadverteret auditores suos expetere miracula, sicut nuperrimè patrarat in Civitate Capharnaum, arguit illos invidia & curiositatis, docetquè, non omnibus passim à Deo dari miracula sed quibus, & quando vult, nequè ad humanam Gratiã aut ad humanos affectus & fines divina esse postulanda

Quod cum audisset Nazaræi, tam malè acceperunt hunc sermonem, ut statim omnes ira correpti, Synagoga illum deturbarint, atque in supercilium montis, inde deiciendum duxerint, nisi se sua divina virtute subduxisset; O miram & stupendam hominum insaniam, qui sic cœlestia terrenis subdunt, sic æterna temporalibus, & humanis divina subijciunt, ut non nisi ad naturalem complacentiam, divina postulent: non nisi ad humanam Gratiã, divinam exigant! Non est iste sermo qui misericordiam provocat, sed potius qui iram excitet, & furcam accendat: Non est hic ordo nequè modus obtinendæ divinæ Gratiæ, sed potius repellendæ.

Hoc modò est attentè considerandum, quia cerè in hoc multi delinquant, & sibi malè prospiciunt, quando non nisi ob affectus naturales, & humanos fines, divinum aliquid quærunt, quod propterea non obtinent, sed à se repellunt tanto longius, quanto id magis naturale est & humanum, propter quod petunt.

Ratio quæ affertur est evidens, quia tum manifestè divinam repellis gratiam, quando statum pervertis ordinem & ratum finem quò illa nobis confertur: licet enim Deo liberum sit quando, ubi, quantum, & quibus velit sua dare, præscriptos tamè sibi constituit fines & ordines, seu statuta quædam ordinavit media, in certos fines, quibus sic ordinariè gratias suas impertit, ut non aliter soleat impetire. Sic à Propheta *visus funiculus lineus in manu ejus, Et calamus mensura in manu eius*, Nempe ut quod dixit sapiens, *omnia in mensura, & numero, & pondere disponat & ordinet*; Sic Sacramenta certis quibusdam gratiis conferendis instituit, ut non nisi per illa in re vel in voto suscepta, & non nisi habito fine convenienti conferantur hæ gratiæ. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. NISI manducaverit carnem filii hominis, non habebit vitam in vobis;*

NISI poenitentia habuerit, omnes simul peribit. Luc. 13.

Putarene sine Baptismo vel Poenitentia, peccatum posse remitti? An ignoras nullam esse remissionem peccati sine poenitentia, nullam poenitentiam sine dolore aliquo, nullum dolorem sine emendationis proposito, nullum tale propositum sine aversione animi ab objecto quod peccati causa fuit? Hic est ordo remittendi peccatum ita constitutus, atque ita servandus, ut nisi observetur, non remittatur peccatum? O quam pauci servant! Non tres, non duo, non unus, nam *Nullus est*, inquit Propheta, *qui agat poenitentiam super peccato suo diceas, quid feci!* Jer. 8.

II. PUNCTUM.

SED quando ad humanam Gratiã, ad naturalem complacentiam & ad fines mere humanos divina postulas, pervertis finem & ordinem, quò divina confertur gratia.

Non enim ad hunc finem ordinatur & confertur gratia, sed potius ad humanos illos affectus corrigendos, & in statum nobiliorem elevandos, qui supernaturalis, spiritualis, cœlestis, & divinus dicitur, sicut ipsa Gratiã tota supernaturalis, tota cœlestis est, & divina. Sic sanctus Petrus: *ut per hæc officiamini divina consortes Natura, fugientes ejus quæ in mundo est, concupiscentia corruptionem.* Sic sanctus Prosper: *Virtus Gratiæ non hæc in voluntatibus operatur ut non sint, sed ut ex malis bona, & ex infidelibus sint fideles; ut qui ex semetipsis erant tenebræ, lux efficiantur in Domino.* Sicut igitur ille finem & ordinem conditi solis perverteret, qui solem peteret ad tenebras effundendas, vel ad excitandum frigus, aut quid aliud alienum ab eius natura, & proprietatibus; sic planè qui divinam aliquam gratiam postulat ut suæ Gloriæ serviat, utilitati tantum temporali consulat, aut naturale aliquid inde commodum hauriat, quia non est divinæ Gratiæ hos humanos effectus producere, sed potius contrarios, & oppositos; non est divinæ Gratiæ vanitatem sectari, sed potius fugere; non temporalia quærere sed contempnere, non subesse libidini, sed præesse; Et sicut ipse author Gratiæ dicebat *se non venisse ministrari, sed ministrare*, sic omnino non venit gratia nec advocanda est in hunc finem, ut naturales illos affectus foveat, sed potius reprimat & extinguat. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de vitibus ficus? quasi diceret, nonne ille iterum perverteret ordinem qui à spinis uvas, aut à vite

Judith. 8.

Exech. 40.

g. p. 11.

Joan. 3.

Ibid. 6.

2. Petri. 1.

Contra Collasorem.

Matt. 20.

Ibid. 7.

spiritus quæreret, qui à tribulis ficus, aut à ficu tribulos expectaret? sic qui à gratia quod alienum est ab eius virtute, postulat, gratiæ finem & ordinem prius invertit. *Non est tibi pars neque fors in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo: tu tolle amaritudinem, & in obligatione iniquitatis, video te esse;* Sic S. Petrus cuidam petenti gratiam, ex depravato affectu,

Ad. 8.

III. PUNCTUM.

Si ad humanam igitur Gratiam divina postulas, divinam ipsam repellis gratiam, Quia non non propterea datur, nec propterea est petenda; imo cum ad oppositum finem detur, non minor est injuria Gratia, velle hunc finem & ordinem pervertere, quam si cælum terræ succideres, si tenebras luci præferres, si spiritum carni mancipares, aut Rationem libidini regendam traderes; *Hoc est solum Dei concubare & sanguinem Testamenti pollutum ducere; hoc est Spiritui gratia contumeliam facere.*

Hebr. 10.

Et tamen quoties id appetis? quoties velles majori pollere gratia ad concionandum,

ad gubernandum, ad docendum aut aliquid simile aliud, ut magis appareres, ut majorem tui concitares famam, & Nomini celebritatem; vel ut commodius viveres, vel denique ut quod naturaliter desideras, facilius obtineres? Ita enim verò Cœlestes & divinæ Gratia terrenis his finibus & humanis affectibus serviant, quibus dominari deberent! *Qua participatio justitia cum iniquitate, aut que Societas luci ad tenebras? Hi sunt maledictionis filij, de quibus graviter S. Petrus & Judas Apostoli; Hi sunt qui derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bozor, qui mercedem iniquitatis amavit, Corruptionem verò habuit sua vesania subjugale & mutum animal hominis voce loquens, prohibuit Propheta insipientiam. Hi sunt fontes seu nubes sine aqua, qua à ventis circumferuntur. Et quæ plura ibi habentur, ex quibus intelligas quam grave sit detorquere divinas gratias ad privatum suum commodum, & quantum in hoc deliqueris, ut ferè deinceps caveas. Gratia Dei vita eterna in Christo Iesu Domino nostro,*

2. Cor. 6.

2. Petr. 2.

Iud.

Rom. 6.

Vide Verbo Gratia.

FERIA TERTIA.
DE ALTERA VOCATIONE
APOSTOLORUM.

Venite post me, & faciam vos fieri Piscatores hominum. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt Eum. Matth. 4.

VERITAS PRACTICA.

Magis tenemur omnes affectu nostra relinquere, quam effectu Apostoli.

RATIO EST. Quia magis tenemur omnes ad præcepta, quam ad consilia.

Sed præceptum est ut affectu: Consilium vero ut effectu, omnia nostra relinquamus.

Ergo magis tenemur omnes affectu nostra relinquere, quam effectu Apostoli: Quod sane est valde expendendum.

I. PUNCTUM.

JAM pridem Petrus & Andreas cognorant Christum Dominum, jamquæ illum multis diebus & horis secuti fuerant tanquam

eius discipuli, sed nondum suis se propterea bonis abdicarant; nondum ita illi adhæserant, ut præter illum nihil haberent; nondum denique illi dicere poterant, *Eccè nos reliquimus omnia, & secuti sumus te;* Donec altera hac vocatione vocati, dum piscarentur, audierunt, & intellexerunt has Christi Domini voces, *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.* Tum enim continuo relictis retibus secuti sunt eum. Quod item paulò post, audientes Jacobus & Joannes filij Zebedæ; relictis statim retibus, & patre, secuti sunt eum, inquit Sacer. Evangelista.

Matth. 4.

Admirabile profus hoc consilium Dei qui velit homines, & hos homines, sui divini operis Coadjutores! Admiranda planè divita Virtus Gratia, quæ sic suaviter & fortiter homines à suis, & à se retrahit! Considerandum est & illud quod Christus loquitur, *Venite post me, quasi*

T 2

dicit

diceret, quocumque est eundem, vos praedam, & non minus tutum est quam gloriosum, nos posse sequi. Nec praetermittendum quod addit, *Faciam vos fieri piscatores hominum*, quasi homines in mundo velut in turbulentissimo mari naufragarentur, quorum quanta est miseria, & periculosa conditio, tanta eorum est dignitas & felicitas, qui primò inde sunt eructi, tum ad alios simul eruendos & salvandos adhibentur. O singulare beneficium quo Apostoli & Apostolici Viri donati sunt? Quis non libenter suis se omnibus abdicaret bonis, ut Christum Dominum ad tale munus vocantem sic sequeretur?

Verum non omnes eò vocantur ut relictis effectu bonis, se & alios salvent; vocantur autem omnes ut relictis effectu suis, suam salutem vacent. Et quidem tam stricta est haec omnium vocatio ad sua, corde & effectu relinquenda, ut minus cuiquam licet ei vocationi resistere, quam licuisset Apostolis aut Apostolicis illis viris, suam effectu deserere. Dignissima certe Veritas, quae attentissimè consideretur.

Est autem ratio perfacilis, & evidentissima; Quis enim nescit, nos ad praecipuum magis obligari quam ad consilia? Quis ignorat quod ait aperte S. Thomas, hanc esse differentiam inter consilium & praecipuum, quod praecipuum importet necessitatem; Consilium autem in optione ponitur eius, cui datur: *VELLEM*, inquit Apostolus, *omnes vos esse sicut me ipsum*, Id est virgines & continentes: Id tamen unicuique liberum facio quia non est praecipuum, sed consilium: At vero si qui matrimonio iuncti sunt; *Vxor*, inquit, *à viro non discedat*; neque hoc sibi liberum putet, sed omnino necessarium, quia Praecipuum Domini est, cui longè magis tenemur obedire quam Consilio. Sic ille pluribus.

O bonitatem Domini nostri in servos, quibus eum posset, si vellet, omnia illa praecipere quae consulit; mavult tamen libertati relinquere, quam necessitate premere mavult nos sibi filios quam servos, aut servos mavult voluntarios, & liberos; quam coactos & repugnantes.

II. PUNCTUM.

SED praecipuum est ut effectu: Consilium vero, ut effectu, omnia nostra relinquamus.

De praecipuo patet tribus modis. Primò quidem quatenus per effectu quo creatis bonis, nimis inhaeremus, avocamur à sine nostro, qui

est Dei Cultus & aeterna salus: sicque fit ut quantum jubemur aspirare ad finem nostrum, tantum praecipiamur abstinere iis quae nos inde avertunt; *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te*, inquit Dominus, *abscido eum, & projice abs te*. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudem, quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem aeternum. Ubi S. Hierony. *Matth. 5. & 18.*

Deinde, effectu rerum prohibetur, quia vix est ullus ordinatus: inordinatus autem est peccatum, ac proinde quantum praecipimur abstinere omni peccato, tantum & effectu inordinato, *Ab omni specie mala abstinete vos*. NON simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupiscent. Non quia res mala fuerit, quam concupiscunt, sed mala & inordinata concupiscentia. Unde Sapiens Domino; *omne desiderium avertit à me*. Denique quo praecipuo jubemur, Deum diligere *ex tota anima*, *HOC est*, inquit S. Thomas, *ut appetitus seu effectu noster regulatur secundum Deum*, quod idem est atque effectu omnia relinquere. Nam non aliter effectu regulatur secundum Deum, quam ut sic utamur hoc mundo, tamquam non utamur, Putafne verè esse praecipuum, ut diligas Deum, ex tota anima tua? Sic puta tibi praecipui ut deponas ex anima, inordinatum quem vis effectu, quia non aliter diligitur Deus ex tota anima.

JAM verò quod sit tantum consilium & non praecipuum, sua effectu relinquere, audi sanctum Thomam: *Quod homo totaliter ea qua sunt mundi, abjiciat; non est necessarium ad perveniendum in finem pradiatum, nempe beatitudinis aeterna, quia potest homo utans rebus hujus mundi, dum modo in eis finem non constituat, ab beatitudinem aeternam pervenire; sed expeditius pervenies totaliter bona hujus mundi abdicando, & idè de hoc dantur consilia Evangelij. SI via perfecta est, inquit Dominus Adolescenti, vade, vende qua habes, & da pauperibus, habebis thesaurum in Caelo. quasi diceret, non cogo, non praecipio, relinquo tuae libertati; si vis, consulo, & consilij accipiendi motivum propono, quod in caelo repones ea quae in reliqueris. Sic expressis verbis S. Chrysostomus: *Hoc in tuo pono arbitrio, te electionis Dominum constituo, non in necessitate traho*. O Magni Consilij Angele, quam pauci tua sequantur Concilia, qui nec praecipua servant.*

III. PUNCTUM.

III. PUNCTUM.

MAGIS ergo tenemur omnes affectu nostra relinquere, quam affectu Apostoli, aut quivis alij qui sua reliquerunt; Cum magis tenemur omnes ad Præcepta quam ad Consilia, sitque inter præcepta tam expressum illud, ut nihil in rebus creatis, ex inordinato appetitu diligamus, quàm est expresse mandatum, *Vt diligamus Deum ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima nostra*: Nam ut jam alibi dictum est, ex S. Basilio, quod dicit in toto, nullam irres alias divisionem admittit, quantum enim dilectioni, in hac inferiora insuperiora, tantum necesse est ut demas de toto.

Et tamen, quis hominum se putat ita obligatum? Aut quis in sæculo huic obligationi satisfacit, cum omnes ita rebus creatis afficiantur, ut inter usum & affectum, nulla sit differentia, nisi quod magis afficiantur rebus quàm utantur, cum plura vellent habere quam sint suis usibus necessaria, & iis non utantur nisi ut affectui satisfaciant: quasi affectus sit finis usurpandarum rerum, quasi non manducent & induantur, ut vivant; sed vivant ut manducent & induantur: O perversitatem affectus. *Filij hominum usquequo gravi corde?*

Sed quidquid sit de aliis, Tu vide quàm parum sis ordinatus in affectibus tuis. Vide quantum inde damni & periculi, vel ex hoc uno capite, et si alia taceantur, quod magis teneris ad affectum mundi deponendum, quàm qui vocaretur à Deo, ad ipsum mundum effectum deserendum.

Quid diceres manifeste resistentibus divinæ vocationi, manifeste contradicentibus Christo se vocanti in religioſum statum? Nonne illis proponeres tremendas istas voces. *Vocavi, & renuisti: ego quoque in interitu vestro ridebo & subsannabo, cum vobis id quod timebatis, advenit. At nonne illi resistis? Nonne Vocantem renuis, cum aperte voceris ad deserenda corde & affectu omnia quæ nimio colis affectu? Si despicienti consilium tanta imminent damna, quanta referuntur in scripturis: quanta putas imminere despicienti præceptum? Si nolenti sua effectum relinquere, periculosum est cum id tantum consulet Christus, & liberum facit: quãtò magis non affectum relinquere, cum id absolute præcipiat, & necessitatem observandæ legis imponat? Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, dicebat impius ille Rex Pharao. Velleſne ita loqui? velleſne tibi, & hoc objiceret Christus quod de servis suis Job querebatur. *Servum meum vocavi, & non respondit mihi: ore proprio deprecabar illum. Quot sunt Veritates propositæ temperandis affectibus, tot sunt ejus voces, tot sunt propositæ vocationes, tot declarata præcepta, quibus additæ minæ, præces, promissiones, & quidquid ad voluntatem eblandiendam, aptissimum judicavit. Tu quid respondisti? quid effecisti? cum tam acres, & violenti sint omnes affectus tui, quasi nihil te contra monuisset, quasi non ille te toties inde revocasset? Confundere, *Et aufer malum de medio tui.***

FERIA QVARTA.

DE DÆMONE IMMUNDO ELECTO AB HOMINE.

Et erat in Synagoga eorum, homo in spiritu immundo, cui Dominus exi de homine. Marc. I.

VERITAS PRACTICA.

I. PUNCTUM.

Non tam à Dæmone quantum vis immundo, immunda sit anima, quàm à seipsa.

RATIO EST, Quia per se ipsum peccatum anima fit immunda.

Sed peccatum non tam à Dæmone quàm ab anima fit.

Ergo non à Dæmone tam fit immunda anima, quàm à seipsa.

VOCATIONEM Apostolorum sequitur quod refert S. Marcus de Dæmone ejectione in Synagoga Capharnaïarum.

Et erat, inquit, in Synagoga eorum, homo in spiritu immundo, & exclamavit dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio qui sis, sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesus dicens, obmutescere, & exi de homine; Et disjiciens eum.

cum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exijt ab eo. Et mirati sunt omnes, ita ut rōquirerent inter se, quidnam est hoc? quam doctrina hæc nova, quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei.

Hæc S. Evangelista, in quibus quid mirabilius sit Dæmonem ita prædicare Christum, vel Christum nolle prædicari à dæmone, cogitari facilius potest quam dici. Est autem spiritus immundus ita dictus, vel quod in locis immundis libenter habitaret, vel potius quod in immunditiam, hominem quem possidebat impelleret; sunt enim ad id vitium præcipue destinati, à quibus quidem nobis est cavendum, cum divina Gratia, quam Christus Dominus nobis offert: sed magis à nobis cavendum, quia ut habet proposita Veritas: Non tam à dæmone quantumvis immundo, immunda sit anima; quam à seipsa. Quod ut patet, primū illud proponitur, solo peccato immundam fieri animam, ubi duo sunt consideranda; alterum quod peccato, alterū quod solo peccato immunda fiat anima. Quod utrumque planum est ex Scripturis, *Maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.* Et iterum. *Quam vitia facta es nimis, iterans vias tuas* Quod & de ipso veniali peccato intelligendum est, & eo præcipue quod ex concupiscentia seu affectu inordinato fit. Unde S. Augustinus, *Quibus peccatis,* inquit, *licet occidi animam non credamus, ita tamen eam veluti quibusdam pustulis, & quasi*

1er. 3.

horrenda scabie replentes deformem faciunt, ut eam ad amplectus illius sponsi Cælestis, aut vix aut cum grandi confusione venire permittant; Nam sicut manus ex contactu luti lutosa fit, sic anima in res creatas & terrenas inordinate affecta, cum se his suo modo immiscet, inde maculam contrahit, unde immaculatum te custodie ab hoc sæculo, est affectum omnem cohibere, quæ pars est veræ religionis potissima, authore S. Jacobo.

Quod autem solo peccato contrahatur macula seu immunditia, patet evidenter, quod quæcunque est animæ pulchritudo, sive naturalis, id est naturæ, non corruptæ; sive supernaturalis, id est divinæ Gratiæ, solâ foedetur peccati maculâ propter quam solam, animæ peccatrici dicitur:

Abominabilem se ipsi decorem tuum. Erant quidem apud Judæos legales quædam immunditiæ sed præterquam quod illæ jam omnes sublatae sunt, neque ipso quo vigeant tempore, foedabant animam: Uade Dominus de his agens, &

de peccatis: Hæc sunt, inquit, quæ coinquinant hominem; non locum autem manibus manducare, non

coinquinat hominem, Tolle peccatum, & sunt omnia sancta in bona, dicebat Sapiens: Quo item Icaus Apostolus, *omnia munda mundi.*

O peccatum, tam verè deplorandum malum, quam verè solum est animæ malum.

Eccl. 39. Tiii 1.

Eccl. 39. Tiii 1.

II. PUNCTUM.

ATQVI peccatum nostrum non tam à dæmone quam ab anima fit. Latrare potest, inquit S. Augustinus, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volentem. Et aptè S. Gregorius ad illa verba Job, *Convulneraui lumbos meos; QVI A,* inquit, *ad culpam sine nostra voluntate non potest rapere, sed nos cum illo pariter nos vulneramus.* Itemque appositè S. Bernardus. *Sane diabolo nostra mancipat voluntas, non ipsius potestas; Et alibi: Serpens callidior utique non fortior cæteris animalibus, è Eva, decipit te: decipit profecto, non impulit aut coegit; Mulier tibi, è Adam, de ligno dedit, sed offerendo utique, non violentiam inferendo, neque animi potestate illius, sed tua factum est voluntate, ut ejus voci plus obideris, quam diuina.*

Denique celebris illa S. Augustini sententia, de nullo peccato, nisi voluntario, omniem conficit. *Vsq; adeo, inquit, peccatum voluntariū est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium.* Et hoc quidem tam manifestum est, ut nulla hic Doctorum pauca, nulla indoctorum surba dissentiat. *EGO sum qui peccavi! ego qui malum feci! sic perge te inculcare.*

III. PUNCTUM.

IGITUR à nullo dæmone quantumvis immundo tam immunda sit anima, quam à seipsa; cum omnis immunditia sit à peccato, & omne peccatum à propria voluntate. Hæc est immundissima lepra animi, de qua fuse S. Bernardus, *& à qua nobis cavendum ait, tanquam à vipera pessima & nequissima, & qua sola desinops damnare possit animas nostras.* Cogita quantum perè horreas dæmonem, & si ab eo scires aliquid tibi suggeri, quantum refugeres: sic te adversus te ipsum cõpara, quia tu tibi voluntarius es dæmon, & longè illo peior, quem Dominus ejicit quia Christo magis resistis. En vides, ut obedit ille spiritus immundus, Tu verò ut obfistis contra! Ecce ille de quo dicitur; *Cor ejus indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi Malleatoris incus: Ille tamen emollitur ad vocem Christi, & tu permans in tua duritia, nec affectum pravum, spiritum illu-*

Serm. 41. de sancto. Et lib. 50. Homil. Hom. 50.

Luc. 1.

Exech. 16.

Matth. 15.

Ser. 17. de tempore. Job 16. S. Greg. 15. mor. 9.

S. Bern. de Gratia & lib. Arb. Idem serm. de dupl. Bapt.

De vera Rel. 14.

2. Reg. 2. 4.

1. Par. 21.

Serm. 3. de Ref.

Serm. de dupl. Bapt.

Job. 41.

lum immundum tuum sicut a te expelli.

spiritum, ut potius fiat cum defavire crudelius & tunc fiat, *Via illorum tenebra, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos: Quae sunt viae certissimae ducentes in interitum & perditionem.* Propono aliquid particulare circa affectum vehementiorem, quod caveas diligentius cum Dei Gratia, Recte omnino sapiens: *Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur nisi aliquid glutiat.* Quamobrem sic temperandus iste calor, ut possis dicere quod est in Tobia: *mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia.*

Ps. 34.

Eccl. 13.

Tob. 3.

FERIA QUINTA.

DE SOCRV PETRI FEBRICITANTE ET (SANATA A CHRISTO DOMINO.

Imperavit febrim, & dimisit illam. Luc. 4.

VERITAS PRACTICA.

Febri animi, animo longè periculofior, quam febris corporis, corpori.

febris nostra, iracundia est. In quibus potro conveniant illae febres satis facile est observare. Quam longè etiam dàm. osior sit febris animi, febris corporis, ex damno animi longè magis formidando, non est difficile explorare. Sed quod minùs forte attendas, illud est quod habet proposita Veritas. *Febrem animi, animo longè esse periculofiosem, seu magis perniciosam, quam febrem corporis, corpori.*

RATIO hac est inter alias, quod illa sit periculofior febris qua remedia refugit, & sanitatem. Sed talis est febris animi, non corporis. Ergo illa periculofior; Quod tamen vix creditur, quia non sentitur, nec attentè consideratur.

Ratio hæc affertur, quia tum perniciosior est morbus cum refugit remedia, seu quia æger non vult ea recipere, seu quia ægritudo non ea sustinet; nonne tum periculi plena sunt omnia? Quamobrem monemur à Sapientia, non abjiciendam in infirmitate, sanitatis & modestiæ curam, neque remedia tam corporalia, quam spiritualia negligenda. In tempore infirmitatis, inquit, ostende conversionem tuam. Et tunc tum: *Altissimus creavit medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa; Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te; Averte à delicto & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum, Da locum Medico; etenim illum Dominus creavit, & non discedet à te, quia opera ejus sunt necessaria. Est enim tempus, quando in manus illorum incurras, ipsi vero Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem illorum & sanitatem.*

Eccl. 18.

Sap. 12.

I. PUNCTUM.

E Synagoga illa, ubi expulsus est dæmon, Surgens Iesus, ait Evangelista, introivit in domum Simonis: factus autem Simonis tenebatur magna febrim, & rogaverunt illum pro ea, & stans super illam, imperavit febrim, & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis.

Non hic de esset meditationis materia considerare volenti Bonitatem & Potestatem Imperantis, effectum imperii tam velocem in sanitate consequente, ac denique sanatiæ mulieris gratitudinem, in parando ministerio. Verùm attentius expendere quod hic scribit S. Ambrosius. *Fortassis in typo Mulieris illius, variis criminum febrim Caro nostra languebat: & diversarum cupiditatum immodicis astuabat illecebris: nec minorem febrem amoris esse dixerim, quam caloris. Itaque illa animum, hæc corpus inflamat. Febris enim nostra, avaritia est: febris nostra, libido est: febris nostra, luxuria est: febris nostra, ambitio est:*

In Luc. 4.

go esset, qui tum neque ad Deum, neque ad homines confugeret, neque ullo remedio uti vellet nonne is & aegrotaret periculose; & in suo se negligens periculo, nonne peccaret graviter? *Quare negligitis? NOLITE negligere, nolite cessare. Qui negligit viam suam, mortificabitur.*

Gen. 42.
Jud. 18.
Prov. 19.

II. PUNCTUM.

SED talis est maxime qui laborat febre animi. Primo, vix morbum sentit, unde Propheta in doloribus dormietis. Deinde, adeo non sentit morbum, ut nunquam melius sibi putet esse, quam cum vehementiori cupiditate ardet; cum amat, cum desiderat, cum sperat, aut cum gaudet. *Transierunt in affectum cordis, concupierunt concupiscentiam.* Denique propone aegroti concupiscentiae remedia; si adolescens est, nondum est tempus; si senex, tempus praeterit. *Vulnus, & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo;* Haec de morbis animi Propheta, non de corporis. Sic & alius: *Transit messis finita est aestas: & nos salvati non sumus, super contritione filia populi mei, contritus sum & tristatus, stupor obtinuit me! Numquid resina non est in Galnaad, ans, medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filia populi mei.* Quia scilicet nolunt curari: Hoc fatebatur de se S. Augustinus cum nondum resipisset. *Timebam, inquit, ne me cito sanares à morbo concupi-*

Is. 50.
Ps. 92.
Is. 1.
Ier. 8.
8. Conf. 7.

scientia, quam malebam expleri quam extinguere. Nonne hoc ipsum fateberis? Vis sanus fieri? Responde Christo. Vis remedia? en parata! cur ergo non sanaris? flagis te velle quod revera non vis. *Et non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.*

Ioan. 4.
Ib.

III. PUNCTUM.

FEBRIS igitur animi, animo longe est periculosior, quam in febre corporis, corpori; Cum vix ullus aeger corpore, non securari velit & sinat; qui vero cupiditate corripitur, de aegendo potius morbo cogitat, quam sanando. *Cum sanare vellem Israel revelata est iniquitas Ephraim,* Id est tunc maxime apparuit morbus Israelitarum periculosus, insanabilis, & desperatus, quando sanare eum voluit Dominus, quia recusavit sanitatem; & hoc est morbi desperati signum apertius. *Quid enim tandem fiat illi aegro, qui parata remedia recusavit?* Audi & treme: *Cura vultu Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam. O derelinquamus eam. Quis ita loquitur? Cui loquitur? & quid illud quod loquitur, derelinquamus eam.* Expende singula, & sermo de remediis cum supersunt, cogita. *Erudire Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te.*

Osee 7.
Ier. 51.
Ib. 6.

Vide conformem huic Veritatem, Feria 5. infra Hebdomadam 6. post Epiph. Et Verbo, *Morbis, Sanitas, Concupiscentia.*

FERIA SEXTA.

DE PRÆDICATIONIBVS CHRISTI DOMINI, UNIVERSIM CONSIDERATIS.

Aliis civitatibus oportet me Evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum Et erat predicans in Synagoga Galilaeae. Luc. 4.

VERITAS PRACTICA.

Siquid nos revocat à doctrina Christi, vel ob id maxime recipienda est.

RATIO EST, Quia quidquid nos revocare potest id non nisi à proprio iudicio, vel ab inordinato appetitu provenire potest. Sed propterea maxime recipienda est doctrina Christi, ut ordinentur pravi illi motus. Ergo, si quid nos ab earevocat, vel ob id maxime recipienda est: In quo sano multi deficiunt.

I. PUNCTUM.

CUM pro more suo Dominus secessisset in quendam desertum locum, oraturus Patrem, apparuit plebi Galilaeae mixtum illud studium. Primo enim, ut narrat Evangelista, *requirebant eum;* deinde non cessarunt à quærendo, donec eum invenirent: ac denique inventum sic apud se retinere certatim contendebant, ut inde volentem discedere non paterentur. Quibus ille ait: *Quia & alii civitatibus oportet me Evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat predicans in Synagoga Galilaeae.* Quod

Luc. 4.

Marc. I.

Quod alius Evangelista sic refert, *Et ait illis, Eamus in proximos vicos, & civitates, ut & ibi predicem: ad hoc enim veni. Et erat predicans in Synagogis eorum, & in omni Galilea.*

Hic igitur apud institui potest Meditatio de predicacionibus Christi Domini universim considerandis, qua in consideratione Circumstantiæ illæ quæ actionem quam libet comitari, & insignire solent, xpc nei possunt, *Quis quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando;* Quæ dum pro devotionis affectu tanisper revolvens, persuasum hoc habe, illud ipsum Evangelium, illam ipsam doctrinam Christi Domini, tibi proponi in usum & praxim quotidianam. O beneficium! Sed quomodo utaris? Quid est quod te ab illa revocet? Quidquid sit, *Vel ob id maxime recipienda est.*

Nam quidquid illud sit, non nisi inordinatum est aliquid, vel à pravo iudicio, vel à depravata voluntate, & appetitu naturali proveniens? Quid enim aliud Veritati, quid aliud Christo & divinx Gratiæ sese opponat, quod non si falsum, depravatum & inordinatum? Unde potro illa falsitas & depravatio, nisi à nobis, nisi à natura corrupta, & corruptente iudicium, à que voluntatem? Quam verè sapiens *Quid nequius quam quod excogitavit caro & sanguis?* Nam cum id contra doctrinam Christi sit excogitatum: quid nequius cogitari potest?

Ecl. 17.

Habetur integra Veritas in hanc sententiam, *Feria 2. infra hebdomadam Septuagesimæ.*

II. PUNCTUM.

Sed ob id maxime recipienda est doctrina Christi Domini, ut ordinentur illi motus.

Primo enim universim docet cohibendos omnes illos motus, qui adversus rationem, & fidem insurgunt. *Quid cogitatis inter vos, modica fides?* Deinde speciatim, si quis sit superbiæ, libidinis, avaritiæ, aut cuiusvis concupiscentiæ sensus, particularia documenta subministrat, quibus hic corrigantur. *Nolite in sublime tolli.* Denique conferri gratiam quæ refrænatur concupiscentiæ: intellectum illustrat, voluntatem movet, memoriam excitat, & omni modo adjuvat, ut dum recipitur illa Doctrina fiat in animis nostris, quod in corporibus fieri solitum narrat Evangelista, cum prædicaret Dominus; quod quot licet ægroti aderant, sanabantur: quot quot hæmoniaci, liberantur: quot quot malè hæcti, recreabantur.

Blaynoffus Pars prima.

O verè lex Domini immaculata convertens animas: testimonium Domini, fidele, sapienti, im præstans parvulus! *LEX per Moysen data est, lex antiqua quæ malum quidem demonstrabat, sed non sanabat. At gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, ut quod scimus faciendum, faciamus. Hæc lex spiritus vita in Christo Iesu, quæ liberat nos à lege peccati & mortis, ut ait Apostolus; Nam quæ impossibile erat lege in quo infirmabatur per carnem. Deesse filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, secundum spiritum: qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapientia; qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.* Sensus est, in hoc vel maxime legem & doctrinam Christi Domini præcellere aliis, quod ipse docendo communicet suis spiritum suum quo ita evadant spirituales, ut iam non secundum carnem, sed secundum spiritum vivant. Quod referri potest & illud quod dicebat Dominus; *Spiritus est qui vivificat Caro non prodest quidquam. Verba quæ ego locutus sum vobis spiritus & vita sunt.* Id est, vitam communicant spirituales, non tantum per Sacramenta, sed per attentas considerationes, lectiones, collationes & alios quibus illa Verba divina usurpantur, modos. Quod cum Dominus Judæis diceret: *Ex hoc, inquit Evangelista, Multi discipulorum abierunt retrò, & jam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quæ ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Quasi diceret, ut interpretatur S. Augustinus: da nobis alterum Te, ad quem ibimus, si te relinquimus: cum verò nullus alter sic tui similis, quantuncunque recedant alij, nos à te nunquam discedemus. O verè Apostolica vocem! O verè dignum Christo pectus!*

27.

Ioan. 1.

Rom. 8.

Ioan. 6.

III. PUNCTUM.

Si quid est igitur quod nos revocet à doctrina Christi, vel ob id maxime recipienda est: Cum nihil aliud nos inde revocet, quam aliquid inordinatum, cui remedium offert illa doctrina, proindeque tanto ardentius est amplectenda, quanto vehementius ab ea te repellit tentis. Nonne ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quid times anime si secundum Evangelium vivas? Ne superbiere, ne irasci, ne aliquo demum affectu inordinatè capi non liceat.

Math. 11.

V

Hæc

Hoc est scilicet quod maxime times; Sed hoc est maxime quod te excitare debet ad Christum, ne tibi aliter, quam ex Evangelio liceat vivere: alioquin quid tibi proderet audire, si non credis? aut quid credere, si non conformiter vivis? An tu erubescis Evangelium? An negas illud esse, Virtutem Dei in salutem omni credenti? An ignoras non auditores, sed factores solos commendari?

Rom. I.

Iac. I.

Nonne audivisti quid Geraseni cum Christo egerint, quando Christus permisit porcos eorum in mare demergi: Rogaverunt illum, inquit facer textus, ut discederet ab ipsis. Maluerunt scilicet carere Christo quam porcis suis. O rem, inquis, execrandam! sed rem quæ tamen à te quotidie perficitur, cum ne sensuali appetitu privaris, te Christi doctrina privas. Numquid pro-

Luc. 8.

pterea dicebat Dominus: Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis. Sanctum dicitur quidquid docuit Christus ne corrumpatur aut profanetur: Margaritæ sunt, quæcumque sunt ejus voces, ut in pretio habeantur, Canes vero sunt Impugnatores; & porci Contemptores, ait S. Augustinus. Nonne te pudet vel horum nominum? Oppone autem eis excellentia hæc quibus Christus honorat audientes, & facientes verbum Dei. Mater mea & fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciunt. Potuitne dignius rem commendare? poterisne verò tam dignæ commendationi semper obistere?

Matth. 7.

Luc. 8.

Vide Verbo Verbum Dei, & Dominicam Sexagesima in 2. parte, ubi & alia indicantur.

S A B B A T O.

DE HIS PETRI VERBIS
AD DOMINUM:

Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil capimus: in verbo autem tuo laxaborete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Luc. 5.

VERITAS PRACTICA.

Nisi diligenter advertas, stulto labore consumeris.

RATIO EST, Quia ille stulto labore consumitur, qui relicto facili & fructuoso, totam aut majorem vitam partem transigit in labore difficili, & infructuoso.

Sed nisi diligenter advertas, talis est vita tua labor, labor difficilis & infructuosus, quem ultro suscipis, neglecto facili & fructuoso.

Ergo stulto labore consumeris, Quod sanè est diligenter perpendendum, ad cautionem adhibendam.

L P U N C T U M.

Egi potest narratio fusior quam habet S. Lucas, & de qua occurrer in tertia parte iterum dicere. Hic modò siste in consideratione duplicis operæ & laboris, quem posuit Petrus cum sociis, in piscando. Ecce enim tota nocte laborant, & nihil capiunt: Mane autem factò, jactis tantum, ad Domini jussionem, in mare retibus, concludunt piscium multitudinem copiosam,

Domini-
ca 4. post
Penteco-
sten.



Nonne magna est diversitas utriusque laboris: cum ex una parte multum laborarint, & nihil ceperint: ex alia verò, parum laborarint, & multum profecerint?

Hæc est diversitas Laborantium in hoc mundo; hic est duplex hominum labor tam diversus, & directè sibi oppositus, ut aliter sapiens, aliter stultus dicatur, sicut patebit in declaratione Veritatis propositæ, quæ tibi uni ad ulteriorem fructum est applicanda; Nisi enim diligenter advertas, totus in hac stultitia vivis, & laboras, totus hoc stulto labore consumeris; Quod jam pridem dictum fuit Moyfi, à focero Jethro, ut est in libro Exodi.

Ratio quæ affertur non tam indiget probatione, quam attenda rei propositæ consideratione, subjuciendo sibi distinctè duplicem illum laborem valde diversum & oppositum, ex illis duabus circumstantiis simul involutis, quæ faciunt eam diversitatem, Nempè difficultas sine ullo fructu: Et facilitas cum multo fructu. Sit itaque ex his duobus alteruter propositus labor, vel iste facilis & multum fructuosus; vel ille difficilis & planè infructuosus, quis sapiens non eligeret facilem

Exodi 10

cilem & fructuosum, si maxime sciret æquè, aut etiã magis isto labore facili, se Domino luogratum futurum? Quis nisi stultus vellet se adstringere ad id quod est difficilius, & in fructuosius? Nam si saltem difficillimi laboris esset aliquis fructus! aut si nullus est fructus, si saltem labor esset facilis: sed multum laborare sine fructu, cum præcipue possis, si velis, aliud de fructum percipere sine magno labore; certè hoc est stultescere, hoc est stulto labore consumi; hoc est quod arguunt sacra Scripturæ, quando sic culpã nostrã fit ut ultro vitam transigamus in tali labore, & voluntaria miseria. *Hac dicit Dominus, ponite Corda vestra super vias vestras: seminastis multum & insulisti parum. Qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.* Contrã laudi datur, quod ait de se Sapiens; *Modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem.* Et Dominus universim de suis; *Electi mei non laborabunt frustra; Unde consequens est illos non esse electos, sed reprobos, qui laborant frustra, & qui dicunt. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis: & ambulavimus vias difficiles.* Ex utris esse velles?

II. PUNCTUM.

SED nisi diligenter advertas, talis est vita tua labor, labor difficilis & infructuosus, neglecta facili & fructuoso.

Quatuor hic sunt distinctè declaranda; Primum est, laborem vitæ tuæ esse difficilem: Cum enim pendè in omnibus, velis concupiscentiæ seu naturæ depravatæ satisfacere, quid imperiosius? quid durius? Et quid difficilius? Illa est ancilla quæ cum hæres fuerit Domine suæ; *Sustineri non potest, ut ait Sapiens. Illa est occupatio magna, ut ait alius, creata omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam: cogitationes eorum, & timores cordis;* Et quæ plura pergit Ecclesiasticus; *Hæc est tinea de veste nascens & eandem vestem corruptans, de qua fuse & præclare S. Gregorius ad illa verba Job; Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.*

Denique nihil laboriosius, quàm quod fit cum inquietudine animi; nam labor & quiete opponatur, & majori quieti major est labor oppositus; Non est autem major quiete, quàm quiete animi, nec proinde major aut difficilior labor quam inquietudo animi. Jam verò quid quid sit ex concupiscentia, sit ex inquietudine animi; nihil enim magis inquietum, quàm effectus depravatus, *Unde bella & lites in vobis; nonne hinc? ex com-*

cupiscentiis vestris, qua militante in membris vestris? Concupiscentiis & non habetis! ô tristitiam! ô angorem! Omnis plaga, tristitia hæc cordis est, ait Sapiens.

QUIS verò fructus hujus laboris? Secundum est declarandum, Quidquid sit, in morte terminabitur, & quidquid mortale est, parum est fructuosum. *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* inquit Apostolus, *Nam finis illorum mors est. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia illa, tanquam umbra. Vide sapientiæ quinto, quantum illi deplorant se nullum sui laboris fructum ex hac vita retulisse. Sed ante mortem dum adhuc vivis, quid præmii, quid emolumentum ex iniqua vita? Præclare omnino Isaias: Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem, ova aspidum rupeverunt, & telas araneæ texerunt; tela eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis. opera eorum, opera inutilia. Et alibi; Sicut somniat esuriens & sitiens, comedit & bibit, & postquam fuerit expergescit, lassus adhuc bibit, & anima ejus vacua est. Sic planè somnia sunt, humana hæc omnia, quæ ut apparent, evanescent; Quod & Propheta Oseas sic egregie; Quia ventum seminabunt, & turbinem metent: culmeus stans non est in eo: germen non faciet farinam, quod eisi fecerit, alieni comedent eam. Quid ergo prodest ei, quod laboravit in ventum? ait ille Sapiens, qui cum se convertisset ad universa opera, quæ fecerant manus ejus, & ad labores, in quibus frustra sudaverat, vidit in omnibus vanitatem & afflictionem animi, ac tandem addit; Quid enim proderit homini de universo labore suo, & afflictione spiritus, quæ sub sole cruciatus est: Quasi diceret, nihil planè, nihil omnino fructus & pretii refert ex illo labore difficili.*

AT verò, quæ duo restant explananda, vide contrã, quàm facilis sit, & fructuosus ille labor quem negligis, Facilis quidem, quia totus consistit in firma voluntate placendi Deo, Cui si velis placere, places. *Quia beneplacitum est Domino in populo suo.* Id est, statim atque se aliquis esse Domini proficitur, Dominus illum acceptat ut suum: & tam sibi Dominus in servo placet, quàm servus Domino vult placere. Quod egregie admodum Nobilis ille, de quo S. Augustinus in Confessionibus, Contubernali suo præsentabat. *Dic qua sorte, omnibus istis laboribus nostris, quæ ambimus per venire? Quid quarimus? Cujus rei causa militamus? majorne esse poteris spes nostra*

Eccles. 28

Rom. 6.

Is. 59.

Ib. 29.

Os. 8.

Eccles. 1.

Ibid. 2.

Ps. 149.

L. 3. c. 6.

nostra in palatio, quam ut amici imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculum? Et per quos pericula pervenitur ad grandius periculum? Et quamdiu istud eris? AMICUS ALIEM DEI, SI VOLVERO, ECCE NUNC FIO. Est ne autem operosum, id velle, cum divina Gratia, quæ ut velimus & possimus, ultro se offert, quæ nos idcirco prævenit, comitatur & sequitur?

Quid est quod voluntas appetit, nisi bonum? Et quale bonum melius, & magis appetendum, quam placere Deo, qui est summum bonum?

Exod. 23.

Ego, inquit, ostendam omne bonum tibi: omne scilicet utile, omne honestum, & omne bonum jucundum. Nonne unicuique rei innatum est velle attingere finem suum: & velle sibi vitam, quam quidem potest longissimam prorogare? Atque illud est quod agitur labore in te salutari,

Epi. ad Valer.

Amantes vitam hortamur ad vitam, inquit Eucherius; vera ratio est persuadendi, cum id possitur ut impetremus à vobis, quod concupiscitis; pro vita quam diligitis, legatione apud vos fungimur: & sanè quàm omnes exiguam amatis, insinuamus ut ametic aeternam: Quasi diceret, quidquid à vobis petitur pro salute aeterna comparanda, non potest non esse facile; cum nihil sit facilius, quàm velle semper vivere. Denique quis neget, amanti nihil esse difficile, ipsum enim difficultatis nomen amor erubescit, inquit sanctus Augustinus: At quis in amando Jesu labor, qui totus est ad amorem nostrum excitandum effectus, & qui hoc maximè motivo facilitatis nos ad se vocat, jugum enim meum suave est, inquit, & onus meum leve.

In Man.

De fructu autem inde consequente non est dubitandi nec differendi locus, cum illud Sapientis sit apertissimum: Bonorum laborum gloriosus est fructus. Itemque illud: In opere ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius.

Eccles. 6.

Quidquid egeris in hunc finem, ut illi placeas, sive manducando, sive bibendo, sive aliud quidpiam operando, quod est tibi obvium, & quotidianum, ingentes præsentis gratiæ, & futuræ

Cor. 10.

Coloss. 3.

Ps. 1.

incautos gloriæ promittis. Et solum ejus non

defluet, & omnia quacumque faciet, prospera humentur. Non sic impiis, non sic sed tanquam pulvis, quem projecit ventus à facie terra.

III. PUNCTUM.

Nisi ergo diligenter advertas, stulto labore consumeris. Nam hunc facilem & fructuosum laborem tam facile deseris, quàm difficilem & infructuosum illum, facillimè suscipis. Neque hoc tibi fultus probandum fuit, cum id affectus tui facis aperte clament, qui penè toti sunt in concupiscentiis, licet forè non pessimis, non tamen bonis & probatis. Abrevimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni. Quod de se Propheta fatetur, non potes de te negare: Cum autem nihil aliud sit stulto labore consumi, quàm se relicto labore facili, & fructuoso, se labori duro applicare, unde nullas extet fructus & operæ positæ pretium; quid restat nisi diligenter tibi esse advertendum, aut nisi diligenter advertas, te hoc stulto labore consumendum? Sic stulti estis, ut cum spiritu cæperitis nunc carne consummemini. Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa: Quasi dicat Apostolus, hoc certe est esse stultum, multa pati sine fructu, sine ullo merito: sic autem frustra patiuntur, qui carne vivunt non spiritu. Quod quidem eo deterius & infamius est, cum illi aliquando bene cæperunt, nunc vero propter modicum laborem à cæptis desistunt, & in graviores incidunt, in quo consummantur & pereunt; Qui siment pruinam, ait Job, irruet super eos nix. At nonne stultum esset se nivi obijcere, ut pruinam evitare? Neque enim fugitur labor, sed augetur, cum ab uno levi transitur ad graviores. Eito sit labor resistere concupiscentiis, sed longè major est non resistere: Nonne ergo qui sapunt, minorem illum laborem potius ferant, cum præsertim sit salutaris: aut qui non ferunt, planè decipiant, cum te inferant doloribus illis multis, de quibus sanctus Apostolus. Sed id apprehende. Si sapiens fueris, tibi meriti ipsi eris: Si autem illisior, solus portabis malum.

Baruch.

Gal. 3.

Job. 6.

I. Tim. 6.

Prov. 6.

DOMI-